UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni. Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia colit ac veneratur.||

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Conciliu[m] Carthagi. quintu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-72934

Visual Library

I LXXXV ¶Baptizandi nomen ſuum dent,& diu ſub abſtinentia vini & carnium, ac ma-
nus impoſitione,crebra examinatione baptiſmum percipiant.
K LXXXVI ¶Neophyti aliquamdiu & lautioribus epulis & ſpectaculis,vel cõiugibus abſti-
L LXXXVII ¶Qui cauſam ſuam Catholicus ſiue iuſtam,ſiue iniuſtam ad iudicium (neant.
alterius fidei iudicis prouocat , excommunicetur.
M LXXXVIII.¶Qui die ſolemni prætermiſſo ſolemni Eccleſiæ conuentu ad ſpectacula vadit
N LXXXIX ¶Auguriȷs vel incantationibus ſeruientem à conuentu (excommunicetur.
Eccleſiæ ſeparandum,ſimiliter & ſuperſtitionibus iudaicis,vel feriȷs inhærentem.
O XC ¶Omni die exorciſtæ inerguminis manus imponat.
P XCI ¶Pauimenta domorum dei inergumini verrant.
Q XCII ¶Inerguminis in domo Dei aſſidentibus victus quotidianus per exorciſtas op-
portuno tempore miniſtretur.
R XCIII ¶Oblationes diſſidentium fratrum ,neque in ſacrario ,neque in gazophylacio
S XCIIII ¶Horum qui pauperes opprimunt dona à ſacerdotibus refutanda. (recipiant.
T XCV ¶Qui oblationes defunctorum , aut negant Eccleſiȷs, aut cum difficultate red-
dunt tanquàm egentium necatores excommunicentur.
V XCVI ¶Quærendum in iudicio, cuius ſit conuerſationis & fidei is qui accuſat, & is qui
X XCVII ¶Qui religioſis fœminis præponendus eſt ab ep̃o loci probetur. (accuſatur.
Y XCVIII ¶Laicus præſentibus clericis niſi ipſis rogantibus docere non audeat.
Z XCIX ¶Mulier quàmuis docta & ſancta viros in conuentu docere non præſumat.
A C ¶Mulier baptizare non præſumat.
B CI ¶Vt viduæ adoleſcẽtes quæ corpore debiles ſunt,ſumptu Eccleſiæ cuius viduę
C CII ¶Ad reatum ep̃i pertinet, vel presbyteri qui parrochiæ (ſunt,ſuſtententur.
præeſt,ſi ſuſtentandæ vitæ præſentis cauſa adoleſcentiores viduæ,vel ſanctimoniales aliquo-
D CIII ¶Viduæ quæ ſtipendio eccleſiæ ſuſtentan (rum familiaritatibus ſubȷ̃ciantur.
tur tam aſſidue in dei opere eſſe debent,vt & meritis & orationibus ſuis eccleſiam adiuuẽt.
E CIIII ¶Sicut bonũ caſtitatis p̃miũ, ita & maiori obſeruantia & p̃ceptiõe cuſtodiendũ
eſt,vt ſi quæ viduæ quantũlibet adhuc in minoribus annis poſitæ,& matura ætate à viro reli-
ctæ ſe deuouerunt dño,& veſte laicali abiecta ſub teſtimonio ep̃i & Eccleſiæ religioſo habitu
apparuerint,poſtea vero ad nuptias ſeculares tranſierũt, ſecundum Apoſtolum damnationẽ
habebunt quoniam fidẽ caſtitatis quam domino vouerunt irritam facere auſę ſunt,tales ergo
perſonæ ſine Chriſtianoꝝ communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Chriſtia-
nis communicẽt,nam ſi adulteræ coniuges reatu ſunt viris ſuis obnoxiæ,quanto magis viduæ
quæ religioſitatẽ mutauerunt,crimine adulteriȷ notabunt,ſi deuotionẽ quam deo ſponte ob-
tulerũt libidinoſa corruperint voluptate,atq; ad ſecundas nuptias tranſitũ fecerint,q̃ & ſi vio
lentia irruẽte ab aliq̃ p̃reptæ fuerint, ac poſtea delectatione libidinis p̃manere in coniugiũ ra
ptori,vel violento viro conſenſerint,damnatione ſuperius comp̃henſa teneant obnoxiæ, de
talibus ait Apoſtolus,cũ luxuriatæ fuerint,nubere volunt habẽtes damnationẽ, quia primam
fidẽ irritã fecerũt,Aurelius ep̃s Eccleſiæ Carthaginẽſis ſubſcripſi,Donatianus Taleprenſis pri
mę ſedis ſubſcripſi. Auguſtinus Ippone Regiẽ.ſubſcripſi.Sil̃r omnes ep̃i ſubſcripſerunt.

Incipiũt capitula conciliȷ quinti Carthaginẽſis.

¶De Clericis ad teſtimonium non pulſandis. Capitulum primum.
¶De clericis pro crimine ſuo damnatis,vt à quolibet non defenſentur. 2
¶De Sacerdotibus & Leuitis,vt ab vxoribus ſe contineant. 3
¶De rebus Eccleſiæ ſine conſilio metropolitani epiſcopi non alienandis. 4
¶Vt nullus epiſcopus relicta cathedra in diocœſi reſideat. 5
¶De his qui nullo teſtimonio ſe baptizatos nouerũt vt baptizent,ſimiliter de conſecratione
¶De tempore paſchali,ſeu Conciliȷ. 7 (Eccleſiarum faciendum eſt. 6
¶De interceſſoribus ne cathedram morientis epiſcopi diu retineant,ſed infra annum ſacer-
¶De defenſore Eccleſiarum à principe poſtulando. 9 (dotem prouideant. 8
¶Vt epiſcopi ad diem Conciliȷ occurrant. 10
¶Vt lapſis ſacerdotibus,manus ſicut laicis non imponatur. 11
¶De clericis excommunicatis quàmdiu eis aſſerere liceat innocentiam ſuam. 12
¶De clericis vel monachis ab alio epiſcopo ordinatis. 13
¶De Baſilicis quæ ſine martyrum reliquiȷs dedicatæ ſunt. 14
¶De idololatriȷs deſtruendis. 15

¶Incipit

Incipit concilium quintum Carthaginenſe habitum ab epiſcopis LXXIIII. ERA. CCCC. XXX. VIII.

Poſt conſulatum placuit vt die ſexta Calen̄. Iunij Carthagine in ſe- A
cretario baſilicę reſtitutę ſubtus inſerta ſtatuerent, cum Aurelius
epiſcopus vna cum epiſcopis ſuis conſediſſet aſtantibus diaconi-
bus conſtituta ſunt hæc quæ in ſequente concilio definita ſunt.
I. ¶In principio ſtatuendum eſt, vt qui forte in eccleſia quālibet B
cauſam iure apoſtolico eccleſiis impoſito agere voluerit & fortaſ-
ſe diſciſſio clericoꝝ vni parti diſplicuerit, non liceat clericum in
iudicium ad teſtimonium deuocari eum, qui cognitor vel pręſens
fuit, & nulla ad teſtimonium dicendum eccleſiaſtici cuiuſlibet ꝑ-
ſona pulſetur.
II. ¶Et illud ſtatuendum, vt ſi quis cuiuſlibet honoris clericus iudicio epiſcopoꝝ quo- C
cunq; crimine fuerit damnatus, non liceat eum ſiue ab eccleſiis quibus præfuit ſiue à quoli-
bet homine defenſari, interpoſita pœna damni pecuniæ atq; honoris, quo nec ætatē, nec
ſexum excuſandum eſſe præcipimus.
III. ¶Propterea, cū de quorundā clericoꝝ quamuis erga vxores proprias incontinētia D
referret, placuit ep̄os & pbr̄os & diaconos ſecundū propria ſtatuta etiam ab vxoribus cō-
tinere, quod niſi fecerint ab eccleſiaſtico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad
hoc non cogi, ſed ſecundū vniuſcuiuſq; eccleſiæ conſuetudinem obſeruari debere.
IIII. ¶Placuit etiā, vt rem eccleſiæ nemo vendat, quod ſi aliqua neceſſitas cogit, hāc in- E
ſinuandam eſſe primati prouinciæ, vt cū ſtatuto numero epiſcopoꝝ, vtrum faciendum ſit
arbitretur, quod ſi tanta vrget neceſſitas eccleſiæ, vt non poſſit añ conſulere, ſaltem poſt
factum curioſitatē habeat & vicinis epiſcopis hoc añ indicare, & ad conciliū referre eas ec-
cleſiæ neceſſitates, quod ſi non fecerit, reus concilij venditor teneatur.
V. ¶Placuit vt nemini ſit facultas relicta principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in F
diocœſi conſtitutā ſe conferre, vel in re propria diutius quàm oportet conſtitutum curam
vel frequentationē propriæ cathedræ negligere.
VI. ¶Placuit de infantibus, quotiens nō inueniuntur certiſſimi teſtes qui eos baptiza- G
tos eſſe ſine dubitatione teſtētur, neq; ipſi ſunt per ætatē idonei de traditis ſibi ſacramētis
reſpondere abſq; vllo ſcrupulo eos eſſe baptizandos, ne iſta trepidatio eos faciat ſacramen
torum purgatione priuari, huic enim legati Mauroꝝ fratres noſtri conſuluerūt, quia mul-
tos tales à barbaris redimunt, ſimiliter & de eccleſiis (quotiēs ſuper eaꝝ conſecratione hæ
ſitatur) agendum eſt, id eſt vt ſine vlla trepidatione conſecrentur.
VII. ¶Placuit vt dies venerabilis paſchæ formatarum ſubſcriptione omnibus intime- H
tur, dies vero concilij vndecimo Calendas Nouembris ſeruetur, & ſcribendum ad ſingula
rum quarumcunq; prouinciarum primates, vt quando apud ſe concilium congregant
iſtum diem non impediant.
VIII. ¶Item conſtitutū eſt, vt nulli interceſſori licitū ſit cathedram cui interceſſor da- I
tus eſt quibuſlibet populoꝝ ſtudijs vel ſeditionibus retinere, ſed dare operā, vt intra annū
eiſdē ep̄m prouideat quod ſi neglexerit anno exempto interuentor alius tribuatur.
IX. ¶Ab imperatoribus vniuerſis viſum eſt poſtulandum propter afflictionem paupe K
rum, quorum moleſtijs ſine intermiſſione fatigatur eccleſia, vt defenſores eis aduerſus po-
tentias diuitum cum epiſcoporum prouiſione delegentur.
X. ¶Itē placuit, vt quotienſcunq; cōgregandū eſt conciliū, ep̄i qui neq; ætate, neq; egri L
tudine, neq; alia grauiori neceſſitate impediunt cōpetenter occurrāt, primatibuſq; ſuaꝝ
prouinciaꝝ intimetur, vt de vniuerſis epiſcopis vel duæ vel tres fiant turmæ, ac de ſingulis
turmis viciſſim quotquot electi fuerint ad diē cōcilij inſtantiſſime occurrāt, quod ſi nō po
tuerint occurrere, excuſationes ſuas in tractatoria ſubſcribant, vel ſi poſt aduētum tracta-
toriæ aliq̄ neceſſitates repēte forſitan ortę fuerint (niſi rationē impedimēti ſui apud ſuum
primatē reddiderint) ab eccleſiæ communione debere eſſe contēptos.
XI. ¶Itē cōfirmatū eſt, vt ſi qñ pbr̄i, vel diaconi in alia grauiori culpa cōuicti fuerint, q̄ M
eos à miniſterio neceſſe fuerit remoueri, nō eis manus tanq̄ pœnitētibus, vel tanq̄ fidelibꝰ
laicis īponatur, neq; vnq̄ ꝑmittēdum vt rebaptizati ad clericatus gradū promoueant.
XII. ¶Rurſus cōſtitutum ē, vt quotiēs clericis cōuictis, & cōfeſſis in aliquo crimine, vel N
propter eoꝝ quoꝝ verecūdię parcit, vel ꝑpter eccl̄iæ opprobriū, aut inſolētē inſultationē
hæreticoꝝ atq; gētiliū, ſi forte cauſę ſuę adeē voluerint, & innocētiā ſuā aſſerere intra annū

excommu-

excommunicationis hoc faciant, ſi vero intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum poſtea penitus audiatur.

O XIII. ¶Itē placuit, vt ſi qs de alterius monaſterio repertū vel ad clericatū ꝓmouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorē monaſterij cōſtituere, eṗs q hoc fecerit, à cæteroꝝ communione ſeiunctus, ſuæ tantū plebis cōione contētus ſit & ille neq; clericus, neq; ꝑpoſitus pſeueret.

P XIIII. ¶Itē placuit vt altaria quæ paſſim ꝑ agros aut vias tanꝗ memoriæ martyꝝ conſtituunť in qbus nullū corpus aut reliquiæ martyrū cōditæ ꝓbanť, ab eṗis q eiſdē locis pſunt (ſi fieri pt) euertanť. Si aūt hoc ꝓpter tumultus populares non ſiniť, plebes tn̄ admoneanť, ne illa loca frequentēt, vt q rectè ſapiunt nulla ibi ſupſtitōe deuincti teneanť. Et oīno nulla memoria martyꝝ ꝓbabiliter accepteť niſi vbi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ ſunt, aut origo alicuius habitatōis vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine tradiť. Nam quæ ꝑ ſomnia, & ꝑ inanes quaſi reuelatōes quorumlibet hoīm vbiq; conſtituunť altaria, omnimodo reprobenť.

Q XV. ¶Itē placuit ab īperatoribus glorioſiſſimis peti, vt reliquiæ nō ſolū in ſimulachris, ſed in qbuſcūq; locis vel lucis, vel arboribus oīmodo deleanť. Aurelius eṗs Eccleſiæ Carthaginis ſupra comp̄hēſis in noſtro Concilio ſtatutis ſubſcripſi. Sılr̃ ſeptuaginta duo eṗi ſubſcripſerunt.

Incipiunt capitula concilij ſexti carthaginenſis.

¶Allocutio Aurelij eṗi ſancti ad ſynodum 1
¶Rn̄ſio Fauſtini eṗi legati Romanæ Eccleſiæ de his quæ in Eccleſia partim Canone, partim conſuetudine ſunt firmata 2
¶De cōmonitorio Romani papæ recitato 3
¶Alippij eṗi reſponſio pro veris exemplaribus Nicæni Concilij perquirendis 4
¶Vbi Fauſtinus eṗus dixit, vt Romano papæ ſynodus pro inquirenda Nicęnę ſynodi veritate innoteſcat 5
¶De ſententia Sardicenſis Concilij recitata à poſtulante Nouato epiſcopo 6 7
¶Vbi Auguſtinus epiſcopus cum ſynodo Nicænum concilium ſeruare ꝓmittit 8
¶Vbi Fauſtinus eṗus ꝓ dubietate recitati capituli Romano papæ petit ſcribendum 9
¶Vbi ſynodus exēplaria Nicæni Concilij magis ab oriētalibus competēda decreuit 10
¶Profeſſio fidei Nicæni Concilij 11
¶Reſcriptum eṗi Romæ Alexandriæ Conſtātinopolitani cum exēplaribus Nicæni Concilij Aphricanæ ſynodo conſtitutis 12
¶Scripta Aphricani Epiſcopi ad Bonifacium vrbis Romæ epiſcopum 13
¶Scripta Aphricani Concilij ad Cęleſtinum vrbis Romæ epiſcopum. 14

Incipit concilium Carthaginenſe ſextum: geſtū ab epiſcopis .CC.XVII. Era. CCCC.LVII.

R IN hoc concilio actum ē vt Nicænū conciliū ab eṗis oriētalibus petereť, cui ſynodo interfuit legatio Eccleſię Romanæ, Fauſtinus, eṗs Philippus & Aſellus pſ byteri. ¶Poſt conſulatum glorioſiſſimoꝝ imperatoꝝ Honorij duodecimi, & Theodoſij octauū Auguſtoꝝ. VIII. Caleñ. Iunij, ſcripta hæc ſunt Carthagine in ſecretario Baſilıcę Fauſti, cū Aurelius papa vnà cum Valentino primæ ſedis Numidiæ, & Fauſtino Eccleſiæ Potentinæ primæ ſedis ꝓuinciæ Italiæ Piceni legato Eccleſiæ Romanæ, ſed & legatis diuerſaꝝ ꝓuinciaꝝ Aphricanaꝝ, id ē, Numidiaꝝ duarum, Bizācenæ, Mauritaniæ Sitifenſis, & Mauritaniæ Cæſariēſis, ſed & Tripolis, & Vincētio Culiſitano, Fortunatiano, & cæteris eṗis ꝓuinciæ ꝓcōſularis, ducētis decē & ſeptē, necnō Philippo & Aſello p̄b̄ris Romanę Eccleſiæ, cū cōſediſſet aſtātibus diaconibus Aurelius eṗs dixit.

¶Capitulum Primum.

S ¶Poſt diē pręſtitutam concilij vt recordamini frēs beatiſſimi multa flagitata ſunt ꝑ expectantes frēs noſtros q nunc ad pſentē ſynodum legati aduenerunt quę geſtis neceſſe ē conſocienť. Qua de re dn̄o noſtro de tantæ congregatōis cętu grās referimus, ſuꝑeſt vt tam exēplaria Nicæni concilij quę nunc habemus, & à p̄r̄ibus conſtituta ſunt, quàm etiam hic à deceſſoribus noſtris eandē firmantes ſynodū, vel quę ſcd̄m eam formam ꝑ oēs clericoꝝ gradus à ſummo vſq; in vltimum ſalubriter ordinata ſunt in medium ꝓferanť, ab vniuerſo concilio dictum eſt, ꝓferanť. Daniel notarius recitauit, Nicæni Concilij fidei ꝓfeſſio vel ſtatuta ſic ſe habent.

T II. ¶Et cū legiſſet Fauſtinus eṗus plebis Potētinæ ꝓuinciæ Italiæ Piceni legatus Romanæ Eccleſiæ dixit: Iniuncta nobis ſunt à ſede Apoſtolica aliqua ꝑ ſcripturam, aliqua etiā in mandatis cum veſtra beatitudine retranctanda, ſicut & geſtis ſuperioribus meminimus, hoc ē, de Nicænis canonibus vt conſeruenť, & conſtitutio eoꝝ & conſuetudo, qa aliqua ordine & canone tenenť, aliqua cōſuetudine firmata ſunt, de his ergo ſi placet beatitudini veſtræ tractemus, & poſtea cætera quæ acta vel inchoata ſunt, inſerta firmabunť, vt ad ſedē Apoſtolicam reſcriptis vr̄is

ptis vr̄is